



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

53. An illegitimus dispensatus, ut possit recipere Ordines, censeatur dispensatus etiam ad Ordines sacros? Ex . 8. tr. 3. res. 36.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

consecratur dispensatus etiam ad Ordines sacros? Ex part. 8. tr. 3. Ref. 36.

Negatiue respondet Bonacina de Horis Canonico, disp. 1. quest. 2. punct. 3. num. 5. & Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 5. quest. 5. vbi sic ait. Queritur, an si Romanus Pontifex concedat, vt aliquid quis Subdiaconus vxorem ducat, hoc ipso cum soluat lege Horarias preces Canonicas recitandi. Item, quid sit dicendum, si fingamus Titium matrimonium ratum cum Catharina contraxisse, & deinde clam ad Diaconi, aut Subdiaconi Ordinem, & gradum esse promouit; quem canonum iure, & auctoritate ab Ordinis officio, & munere deictum Summas Pontifex ad suam vxorem accedere compellit: queritur, an eo ipso liber sit ab Horarum Canonicarum penso? Respondeo, minime: nam Graeci Sacerdotes matrimonio sunt iuncti, & tamen diuini Officium praestare coguntur. Deinde, qui Principis beneficio ab vna aliqua lege soluitur, non continuu beneficio ab alia, & ab vno vinculo soluitur, non soluitur ab aliis: & relaxatio iuris communis beneficio Principis facta, non ample, sed stricte est interpretanda. Nihilominus tamen iusta subest causa, quia Romanus Pontifex huiusmodi Diaconum, vel Subdiaconum soluat lege preces canonicas recitandi, eo quod difficile, & graue sit onus Clerico rei familiari, & vxoriae vacanti. Ita Azorius. Confirmatur haec opinio, quia dispensatio est odiosa, & stricte interpretanda. Ergo non est extendenda ad accessoria, seu conexa separabilia.

1. Sed his non obstantibus, contrariam sententiam & merito, docet Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 8. n. 11. vbi sic ait. Hinc infero, Sacerdotem cum quo dispensatum est vt matrimonium ineat, teneri ad Officium diuinum; dum habitum non mutat ad vtendum dispensatione. Quod nondum a statu sacerdotali recesserit, & potest interim celebrare, ac beneficij fructibus frui; ac ceteris Clericorum priuilegijs. Secus autem vbi clericatus deserit, habitum saecularem induens, vt viens dispensatione ad nuptias transeat. Quod iam translatus sit ad statum saecularem, solo indelebili caractere manente: nec gaudeat priuilegijs Clericorum. Quare similiter debet manere ab oneribus exemptus sacerdotio annexis. Nec est simile de degradato, quem omnes fatentur clericali- bus priuilegijs destitui, & tamen ad pensum horarium altingi. Quia hic ob suam culpam priuilegia amittit, & ideo nec ex ea commodum reportet, tenetur ad onera. Ita Sanchez.

3. Nota tamen, quod ampliatio Sanchez vt non solum a die contracti matrimonij non teneatur Subdiaconus recitare Officium diuinum, sed neque a die, quo habitum saecularem induit, vt viens dispensatione ad nuptias transeat. Quia iam translatus est ad statum saecularem, solo indelebili caractere manente, nec gaudet priuilegijs Clericorum.

4. Sed hanc, inquam, ampliationem non esse admittendam puto cum Squillante tract. de priuileg. Cleric. cap. 7. num. 39. retractans se de his, quae dixerat in tract. de obligat. Cleric. part. 1. dub. 17. Et ratio est; quia antequam Subdiaconus contrahat matrimonium, etiam si habitum saecularem induit, non dicitur assumptisse statum incompatibilem, seu contrarium clericali, quod ex eo patet, quia non amittit beneficia Ecclesiastica, vt concedit idem Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 46. num. 13. neque priuilegia Clericorum, vt est communis opinio: ergo non debet manere exemptus ab oneribus, statui Subdiaconi annexis.

RESOL. LIII.
An illegitimus dispensatus, vt possit recipere Ordines, Tom. III.

An illegitimus dispensatus, vt possit recipere Ordines, Tom. III.

causae tituli signanter in Ref. 2. no. seq. §. Sed quid, & seq. in Ref. 1. §. Vnde, ad medium, & in alio §. eorum notationum. Sop. h. de supra, in Ref. 46. §. vt. ad medium, a veris. Imo dispensatus, & infra in Ref. seq.

1. Negatiuum sententiam tenet Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 1. num. 26. vbi sic ait: Deducitur, quid dicendum sit de illegitimo, cum quo dispensatur ad Ordines, vel vt Clericus fiat? Philippus relatus ab Antonio cap. literas, num. 10. de filijs Presbyter. censet dispensationem hanc extendi quoque ad Ordines sacros; quia si restringenda sit, id erit ad primam Tonfuram, quod aduersarij negant. Et Suarez de censuris disp. 41. sect. 3. n. 3. ait difficile esse vniuersaliter acceptare hanc regulam, vt ea dispensatio intelligatur ad solos Ordines minores; quia in his rebus indefinita aequipollet vniuersali, vnde ait iuxta materiam subiectam, & maxime iuxta receptum verborum sensum, & vsum, in particulari iudicandum esse. At dicendum est, eam dispensationem de solis Ordinibus minoribus intelligi. Quod cum stricte interpretanda sit, satis est, vt in minoribus Ordinibus suum effectum fortiaur. Nec tamen ad primam Tonfuram restringitur, quia aliquid beneficij habet, & permissio in genere mediocritatem respicit, l. finalis, §. 1. C. communita de legat. & l. legato generaliter, ff. de legat. 1. At Ordines minores medij sunt inter primam Tonfuram, & sacros. Ita Sanchez, & alij penes ipsum.

2. Sed contrariam sententiam dicit esse probabilem Coninck de Sacram. disp. 33. dub. 2. n. 29. Quia dispensatio non est ita restringenda, vt non extendatur ad omnia, quae sub rigorosa verborum significatione continentur, vt docent Calderinus, Decius, Rebuffus, Nouarius, Couarruias, & alij: sed praedicta verba in rigoroso sensu, tam significant sacros Ordines, quam minores; ergo etiam ad sacros sunt extendenda. Et confirmatur hoc; nam si restringenda esset dicta dispensatio, deberet intelligi tantum de prima Tonfura. Secundo, quia in his rebus, indefinita aequipollet vniuersali. Tertio, nam petens eam dispensationem a Pontifice, aperte innuit, se petere dispensationem, etiam pro sacris Ordinibus, nam alias non fuisset necessarium adire Pontificem pro ea dispensatione, cum Episcopus potuisset eam eo ad minores Ordines dispensare; quare Pontifex absolute dispensando, videtur etiam pro sacris dispensare.

3. Nota tamen, quod post haec scripta inueni Textam in Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 3. num. 29. docere, quod si Pontifex dispense cum aliquo, vt Ordines recipiat, talis dispensatio extendi potest ad Ordines maiores. Tum, quia dispensatio extendenda non fit ultra propriam verborum significationem; intra illam tamen bene potest extendi, sed intra propriam verborum significationem Ordinis clauduntur non solum Ordines minores, sed maiores; ergo dispensatus simpliciter ad Ordines, vigore talis dispensationis, potest recipere Ordines maiores. Tum etiam, quia Ordo vt sic per se sumptus supponit tanquam pro principali significatione pro Ordine maiori, cum sit quasi nomen analogum. Tum etiam, quia presumendum non est Pontificem cum aliquo absolute ad Ordines dispensantem, velle vt maneat cum Ordinibus minoribus: nam dispensatio scienter facta non debet frustrari suo effectu, neque inutilis effici, cap. si Papa de primil. in 6. Quare bene docet Couarruias, & Sament. dispensationem non ita stricte interpretandam esse, vt illusoria reddatur, & a vera significatione extrahatur.

4. Inferitur ex hac doctrina contra Sanchez illegitimum absolute dispensatum a Papa ad Ordines suscipiendos, posse vigore talis dispensationis ad sacros Ordines promoueri, quia cum Pontifex scienter cum cognitione illegitimitatis absolute cum illegitimo dispensat, vt Ordines accipiat, pie credendum est

PLANE
SIBI
NO. III. IV. V
E. III

est cum non velle, ut solum cum Ordinibus minori- bus maneat; illa enim dispensatio cum illegitimo ad suscipiendos Ordines absolutè, & sine restrictione aliqua est propositio indefinita, quæ æquivaleret uniuersali, & idè si Pontifex diceret: Ego dispenso cum tali illegitimo, ut recipiat omnes Ordines, Quæ vi- gore talis dispensationis potest talis illegitimus non solum minores, sed etiam maiores suscipere, eodem pacto dicendum est illegitimum posse Ordinem sa- crum recipere si Pontifex cum eo dispenset absolutè, & sine aliqua restrictione, ut Ordines sacros recipiat. Sed ego non discederem à sententia negatiua.

RESOL. LIV.

An illegitimus dispensatus, ut Clericus fiat, censetur dispensatus ad omnes Ordines minores, vel tantum ad primam Tonuram?

Et an dispensatus ad Ordines censetur dispensatus ad Ordines sacros?

Et quid est dicendum, si Pontifex diceret, dispenso te cum ad omnes Ordines?

Et notatur dispensatum ad Ordines recipiendos non extendi ad beneficium obtinendum.

Et deducitur dispensatum ad Sacerdotium non censeri dispensatum ad beneficium curatum, vel Episcopatum; & dispensatum ad beneficium curatum non intelligi dispensatum ad canonicatum, & idè Regularis illegitimus admissus ad Ordines non potest sine peculiari Summi Pontificis dispensatione admitti ad Prioratum, vel ad aliam dignitatem? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Rel. 22.

Sup. hoc supra in Ref. 49. §. vi. ad medium, à vers. Imo dispensatus. & in Ref. 53. à lin. 4.

§. 1. P Utat Merolla tom. 2. disp. 4. cap. 6. n. 43. talcm esse restringendam: quia, acceptatione primæ Ton- suræ, verè quis efficitur Clericus, & dispensatio, tan- quam odiosa, est adè strictè interpretanda, ut si ali- quid operetur, extendenda amplius non sit, ut conce- dit Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 1. n. 3. Idem dicendum existimo, quamuis dispensaretur cum illegitimo, ut ordinetur in Clericum, quidquid dixerit Glossa in cap. Igituras, verb. Ordinari, de fil. Presbyt. quia militat ea- dem ratio. Nec obstat dictio illa, Ordinetur. Nam etià collatio primæ Tonsturæ, secundum communem vsum loquendi Canonum Ordinato appellatur, ut colligitur aperte ex cap. Cum contingat, de stat. & qualis.

2. Ego verò censo, in tali casu illegitimum sic dispensatum censeri dispensatū ad Ordines minores: quia, quamuis prima Tonstura intra Ordinem clerica- lem hominem constituat; tamen cum ea dispensatio aliquid beneficij habeat, & sit permissio in genere, permissio quidem in genere mediocritatem respicit, l. finali, §. 1. C. Communis, de legat. & l. Legato generali- ter, §. de legat. 1. & Ordines minores medijs sunt inter primam Tonsturam, & sacros Ordines. Ergo, &c. Et ita hanc sententiã docet Fagundez in Precept. Eccles. Precept. 5. lib. 1. c. 3. n. 4. & Sanchez lib. 8. d. sp. 1. n. 16.

3. Sed, quid dicendum, an dispensatus ad Ordines, censetur dispensatus ad Ordines sacros? De hac re Alibi in Ref. præterita, & sententiã docere Marchinum de Sacram. Ordin. tr. 1. p. 9. c. 4. n. 10. Quia petens dispensationem illã à Sum- mo Pontifice, intendit eam impetrate pro omnibus sacris Ordinibus: nam cum Episcopus quoad solos minores cum eo dispensare potuisset, nõ recurrisset ad Summum Pontificem, qui, cum absolute ad Ordines cum eo dispense, pro omnibus, & consequenter etiam pro Sacris dispensasse nõ irrationabiliter præsumitur. Secundò licet dispensatio sit odiosa, & idè restringenda; semper tamen debet saluari rigorosa verbo- rû significatio, sed nomine Ordinis in omni rigorosa

Alibi in Ref. præterita, & supra in Ref. 46. §. Vnde, ad medium, à vers. Hinc dicit. & in tom. 5. tr. 5. Ref. 144. §. Sed quia, in principio.

significatione intelliguntur etiam sacri Ordines; qui magis propriè præ cæteris sunt Ordines: imò ver- bum absolute prolaturum rectè intelligitur pro primo analogato, & sic pro sacris Ordinibus. Demum non est verisimile, bis petendam esse dispensationem in defectu natalium, primò pro Minoribus, secundò pro Sacris, ita ut post minores adhuc ligatus maneat nec possit amplius ascendere. Et pro hac sententia citat Marchinus Suarez de censur. disp. 4. 1. sect. 3. n. 3.

4. Verùm Suarez, & magis probabiliter negatiua sententia adheret, ut patet clarè lib. 6. de legibus, cap. 28. n. 16. Item Sanchez ubi supra. Azorius tom. 2. lib. 6. c. 3. q. 6. Reginaldus lib. 30. tr. 2. n. 75. Molfesius tom. 1. tr. 2. c. 16. n. 8. Campanilis Rubr. 1. c. 13. n. 95. & alij penes ipsos. Secus autem dicendum est, si in dispensa- tione vteretur Pontifex his verbis: Dispenseo tecum ad omnes Ordines. Nam tunc sine dubio hæc dispensatio etiam de omnibus Sacris intelligenda est, ut Sanchez & alij etiam fatentur. Quidquid Syluester, Henriquez, & Sayrus sine fundamento dicat, scilicet, adhuc dispen- satione ad omnes minores Ordines esse restringendã.

5. Notandum est etiam hæc obiter pro casibus quo- tidianis, aliquos asserere, dispensationem ad Ordines recipiendos non extendi ad beneficium obtinendum. Ratio est, quia hæc duo sunt separabilia, & executio vnius potest stare sine alterius executione: & idè hanc sententiam sustinet Glossa in c. 2. de fil. Presbyt. & ibi Geminianus, Tabiena verb. Beneficium, num. 18. Borghasius tr. de irreg. pari. 5. in Rubr. de filiis Presbyt. n. 9. Rebuffus in praxi benefic. tit. de dispensat. super de- sectu natalium, n. 46. Campanilis in diversorio iuris canonici, rub. 11. c. 13. n. 9. quos etiam refert, & sequitur Barbofa de Officio Episcopi, allegat. 45. n. 7. Nicolaus Garcia de beneficijs, part. 1. cap. 6. n. 70. Martinus Antoninus variar. resolut. lib. 1. resolut. 19. num. 10. Azorius Insti. moral. part. 2. lib. 6. c. 3. q. 5. Sed nota, Sanchez lib. 8. disp. 2. n. 27. quoad hoc, distinctionem quandam addu- cere, quem videbis omnino, & ego illum alibi adduxi.

6. Ex his deducitur, dispensatum ad Sacerdotium, non censeri dispensatum ad beneficium curatum vel Episcopatum; & dispensatum ad beneficium curatum, non intelligi dispensatum ad Canonicatum: quia hæc est dignitas, vel quasi, quæ nõ venit nomine beneficij curati. Dispensatus verò ad matris, censetur dispensatus ad minus; & dispensatus ad unū beneficium simplex, vel curatum, censetur dispensatus ad omnia beneficia eiusdem rationis. Ita Campanilis, Barbofa, & alij, ubi supra: Quia dispensatio est exorbitans à Iure, & idè restringenda, ut ea comprehendat, quæ ab iniunctis sunt separabilia. Hinc etiam fit, ut Regularis illegiti- mus admissus ad Ordines, non possit sine peculiari Summi Pontificis dispensatione admitti ad Prioratum, vel ad aliam dignitatem, ut testantur Nauarrus lib. 5. de irreg. c. 5. 1. n. 13. Sayrus de censuris, lib. 7. c. 14. n. 2.

Sup. hoc supra in Ref. 46. n. 10. Ref. 144. §. Sed quia, in principio.

Alibi in Ref. præterita, & supra in Ref. 46. §. Vnde, ad medium, à vers. Hinc dicit. & in tom. 5. tr. 5. Ref. 144. §. Sed quia, in principio.

RESOL. LV.

An dispensatio, ut illegitimus, vel irregularis possit sum- mere minores Ordines, sit extendenda, ut beneficij simplicis capax sit?

Et aduertitur, quod si Papa dispense cum illegitimo ad beneficium, non possunt per hoc, nisi unum obtinere. Ex part. & tr. 3. Rel. 37.

§. 1. A ffirmatiuè respondet Emanuel Sà verb. di- spensatio, n. 14. Sayrus de censur. lib. 7. c. 14. num. 2. & alij. Est ita hanc sententiã probabilem esse putat Merolla tom. 2. disp. 4. c. 6. n. 50.

Sed negatiuè respondendum est cum Patre The- sauro (viro quidem docto) in praxi de penis, part. 2. cap. 2. ubi ait, nonnullos affirmare, quia illegitimus non est incapax beneficij illius, nisi ratione irregu-

Sup. hoc supra in Ref. præterita, & supra in Ref. 46. §. Vnde, ad medium, à vers. Hinc dicit. & in tom. 5. tr. 5. Ref. 144. §. Sed quia, in principio.